

^{glossa}
 Sicut octava pars octies facta plenum numerum facit. Ita semitonium si uerum esset octauae
 partis dimidium octies ductum medietate impleret.

¶ Rursus cclxij. si cxxvi. comparantur. tripartiti. scilicet quatuordecima proportio. Nam eorum differentia xxxii
 pars ducentorum. xvi. probatur octaua. Restat comparatio ducentorum quinquaginta vi. ad cclxij.
 quorum differentia est xxi. qui octies facti medietate ducentos quadraginta trium. non
 uidentur implere. Non est igitur semitonium. sed minus a semitono. Tunc enim integrum esse
 semitonium iure putaretur. si eorum differentia quae est xxi. facta octies. medietate ducentorum
 quadraginta trium numerorum potuisset aequare. Estque uerum semitonium minus ducentorum
 quadraginta trium ad cclxij. ^{comparatio.} DIATHESETON. ABDIAPENTE TONO DISTARE XVII

Rursus diapente consonantia uocum quidem. quinque. inter ualorum quattuor. trium tonorum
 & minore semitono. ponatur enim idem numerus. cxxii. & eius sequenti sumatur xxvii
 quia deum diapente faciat consonantiam. Sit igitur numerus. cc lxxxviii. Igitur horum
 & superiorum deprehensorum. cxxii. ponatur in medio numeri. huius. cxxvi. cclxii. cclxi. & sic hoc
 modo formata descriptio. cxxii. cxxvi. cc lxxxviii. cclxi. cclxii. In superiori igitur descriptione.
 cxxii. & cclxi. duotonos & semitonium. continere monstratisunt. Restat igitur comparatio
 ducentorum quinquaginta vi. ad. cc lxxxviii. quae est scilicet quatuordecima. id est tonus.
 Eorumque differentia est. xxxii. quae est. octaua pars ducentorum quinquaginta atque sex.
 itaque monstrata est. diapente consonantia. ex tribus tonis semitonoque consistere. Sed du-
 dum diatesseron consonantia. ex tribus tonis. acentum nonaginta duobus numeris usque
 ad. cc lxi. uenerat. Nunc uero diapente ab eisdem. c. xxi. numeris. usque. ad. cc lxxxviii. distendit.
 Superatur igitur diatesseron consonantia. abdiapente. ea proportione. quae inter ducentos lxi.
 & cc lxxxviii. numeros continetur. At est hic tonus. diatesseron igitur symphonia
 abdiapente tonotranscenditur.

DIAPASON HUITONIS. ET DUOBUS SEMITONIS IUNGI

Diapason consonantia. consistit ex quinque. tonis & duobus semitonis. quae tam non uerum imple-
 ant tonum. Quoniam enim monstratum est. diapason & diatesseron & diapente consistere
 diatesseron uero probata est. ex duobus tonis semitonoque consistere. Diapente ex tribus
 tonis a semitono simul iuncta efficiunt quinque tonos. Sed quoniam duo illa semitona non erant
 integre medietatis eorum coniunctio ad plenum usque. non puenit. sed medietatem
 quidem superat ab integritate relinquitur. Estque diapason secundum hanc rationem
 ex quinque. tonis & duobus semitonis. quae sicut ad integrum tonum non aspirant
 ita ultra integrum semitonium procedunt. Sed quae horum ratio sit. ut quomodo du-
 ple consonantiae musicae reperiuntur. postea liquidius explanabitur.